



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCCLII. ad annum CCCCLXXX.

Parisiis, 1644

XI. De his qui negauerunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14918

XI.

ANNO
CHRISTI
419.

De his qui præuaricati sunt præter necessitatem, aut præter ablationem facultatum, aut præter periculum, vel tale aliquid, quod factum est sub tyrannide Licinii; placuit sancto Concilio, licet indigni sint, humanitate tamen subuenire eis. Quotquot igitur sincere pœnitent, tres annos inter audientes sint. Qui lapsi sunt fideles, * septem annos succumbant: duobus vero annis, sine oblatione, populo communicent in orationibus.

XII.

Quicumque vocati sunt per gratiam, & primordia demonstrantes bona, deposuerunt cingulum militiæ, postea vero ad proprium vomitum reuoluti sunt, ita vt aliqui & pecuniam conferant, & beneficiis militiam repetant; isti decem annos succumbant, post * triennium auditionis tempus. Sed in his omnibus oportet discutere voluntatem & speciem pœnitentiæ. Quotquot enim timore & lacrymis & perseuerantia & bonis operibus conuersionem non simulatione demonstrant; isti, adimplentes constitutum tempus auditionibus, orationibus merito communicabunt: & postea licebit episcopo humanius de his aliquid cogitare. Qui autem indiscrete tulerunt, & ingressum sibi sufficere arbitrati sunt ad conuersionem, definitum omne compleant tempus.

De pœnitentia distinct. 5. Si qui vero per.

* triennale

XIII.

De exeuntibus de corpore, vetus & canonica lex custodiatur & nunc, vt qui mori sperantur, nouissimo iuuamine non priuentur. Si vero despe-

26. quest. 6. De his vero qui recedunt.